



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CDXXII. Bischof Henning von Brandenburg weiht einen Altar in der Domkirche zu Brandenburg, i. J. 1413.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CDXXI. Bischof Henning von Brandenburg ertheilt den Wohlthätern zur Herstellung der Pfarrkirche zu Wittenberg einen Ablass, am 22. Febr. 1412.

Henningus, Dei et Apostolice sedis gratia Episcopus Brandenburgensis, universis Christi fidelibus per civitatem et Dioecesin nostram ubilibet constitutis, ad quos presentes pervenerint, sinceram in Domino charitatem. Cum Ecclesia Parrochialis oppidi Wittenberg nostre Dioecesis, in honorem gloriose Virginis Mariæ fundata et consecrata, ex vetustate suis edificiis multipliciter est ruinosa, quam provivores et opidani ibidem proponunt edificare et restaurare, ad cujus restaurationem et reparationem facultates dicte Ecclesie minime suppetunt, sed necessaria indigent christi fidelium largitione. Nos vero animo volentes Christi fideles ad pietatis opera, quanto magis possumus, incitare, omnibus Christi fidelibus, qui ad tam pium opus edificationis nec non organorum, ejusdem Ecclesie restaurationis manus suas porrexerint adjuvices, aut eleemosynas largiendo aut alias quovis modo opus edificationis et restaurationis promovendo, vere penitentibus, confessis et contritis, auctoritate omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli atque nostra consili, quadraginta dies Indulgentiarum de injunctis sibi peritentiis misericorditer in domino relaxamus, presentibus post sex annos minime valituris. Datum Seiefer, Anno Domini millesimo quadringentesimo duodecimo, feria secunda post Dominicam Invocavit, nostro sub secreto, presentibus appenso.

CDXXII. Bischof Henning von Brandenburg weihet einen Altar in der Domkirche zu Brandenburg, i J. 1413.

Anno Domini MCCCCXIII. in die Kiliani et sociorum martyrum consecratum est hoc altare in honore corporis Christi per Rever. in Christo patrem Dominum Henningum de Bredov hujus ecclesie XXXIV. Episcopum. Fundatum autem est per Dominum Nicolaum Klyzeke prepositum hujus ecclesie et per Dominum Walterum Sülvelanck et Dominum Barthol. Laurentii Canonicos.

Gerden's Stijts-Historie S. 211.

CDXXIII. Das Domcapitel macht mit dem Magistrate der Altstadt Brandenburg einen Vertrag hinsichtlich einer Geldrente, am 25. Aug. 1413.

Nicolaus prepositus, Arnoldus prior et capitulum ecclesie Brandenburgensis, recognoscimus lucide in hiis scriptis, quod licet nuper a providis viris proconsulibus et consulibus veteris civitatis Brandeborch decem sexagenas grossorum Bohemicalium ad annum censum sub nomine prepositi, prioris et capituli et sub certa determinatione seu modo redimendi seu reemendi emerimus, prout in literis desuper confectis evidenter apparet, quia tamen domini nostri conventuales sexaginta sexagenas ad mensam conventualem ipsorum pertinentes pro comparatione seu emptione predicti census exposuerunt atque predictis proconsulibus et consulibus effectualiter perfolverant, propter quod predictis dominis conventualibus quatuor sexagenas grossorum Bohemicalium de predicto centu